

*Christus est forma & in formâ alterius,  
nempe Dei.*

*E. Christus differt à Deo.*

*Resp. Errant Arriani, Major enim loquitur  
de formâ externâ, qualis est rei alicujus pi-  
ctura: Minor verò de internâ, quæ non  
differt à re ipsâ: Sicut Christus habet ve-  
ram Dei formam, hoc est, naturam.*

*18. Quæ unum sunt, non sunt duo:*

*Pater & Filius unum sunt, Job. 20.*

*E. Pater & Filius non sunt duo.*

*Resp. Errant Sabelliani, vocabulum enim  
unum sumitur in Majore pro unâ εἰς ἓν & ὑ-  
ποστάσει: in Minore verò pro unâ ὑποστάσει  
tantum.*

*19. Si Deus elegit pauperes & divites, tunc  
elegit omnes:*

*Atqui Deus elegit pauperes & divites:*

*E. Deus elegit omnes.*

*Ita Samuel Huberus Helvetius electionis  
propriissimè sic dictæ objectum statuit o-  
mnes & singulos homines nemine exce-  
pto, & docuit Deum ab æterno omnes in-  
dife-*